



19

2.

3.

4.

5.

16

1.

2.



POSITIONES
INAUGURALES
JURIDICÆ, ^{1735³.}
₁₇₈₅

Quas
Sub Auspicio Divino,
EX DECRETO ET AUTHORITY
Amplissimi Jctorum Ordinis
PRÆSIDE

17

VIRO PRÆNOBILISSIMO, CONSULTISSIMO ^{avq} EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNE JACOBO

HEFFENCH/

J. U. D. ac Professore Publ. Ordinario longe Celeberrimo, Sere-
nissimi Wurtembergiae Ducis Consiliario, &c.
Patrono ac Præceptore suo omni honoris atque obsequii
cultu suspiciendo,

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores & Privilegia Doctoralia
ritè capeffendi

SOLENNI ERUDITORUM CENSURÆ

IN
ALMA EBERHARDINA

^{submitit}
Auctor & Respondens

JACOBUS SAMUEL HÖSEN/
Tubingensis.

Ad Diem ^{Maji} MDCCXXXV.

H. L. Q. C.

TUBINGÆ, Litteris Sigmundianis.

POSTUMUS
IN
URALE
MEDICAE

AD
ORDINE

JACOBO

ORDINE

ORDINE

JACOBO

ORDINE



VIRO
ILLUSTRI atq; EXCELLENTISSIMO
DOMINO
FRIDERICO
ADAMO
ZENCK,

Jcto Consummatissimo, Serenissimi atque Potentissimi Ducis Brunsvico-Guelpherbytani Ministro Status, nec non Cancellariæ Directori Splendidissimo, Gravissimo, &c.

COGNATO SUO ac FAUTORI
PARENTIS instar

ad cineres usque piè devenerando

Hæc pagellas

IN

GRATITUDINIS & PERPETUÆ VENERATIONIS
Symbolum

Eâ, quâ par est, devotione
offert,

consecrat, dedicat

A U C T O R.



VIRO
ILLUSTRI & EXCERPTISSIMO
DOMINO

FRIDERICO
ADAMO
ZENCK

Viri Constatissimus, Serenissimi acque Potentissimi Ducis Brunsvici - Guelphorum Ministri Status, nec non Cancellarii Brunsvici splendidissimi, Cardinalis, &c.

COGNATO SUO AC FACTORI

PARENTIS infans

ad ducem suum libere ducenda

habeat

in

GRATITUDINIS & PERPETUAE VENERATIONIS

Symbolum

Est quod per se, dicitur

esse

confecit, deditur

AUCTOR.



utriu
vent
unum
plura
tuum





PRÆLOQUIUM.

Sistit se heic Tibi, B. L. Dissertatio Inauguralis, quæ ex lege ac more hæctenus recepto mihi, feliciter exantlatis exami-
nibus publicis, pro obtinendis summis
utriusque Juris Honoribus ac Privilegiis, adhuc ad
ventilandum supererat; cujus quidem Thema non
unum, prouti aliàs communiter fieri suevit, sed
plura, ea tamen insignia atque oppidò ardua consti-
tuunt argumenta, ulteriori omninò disquisitione
dignif-

dignissima. Mihi verò subindè & primarias rationes, ac fontes decidendi, & adminicula præcipua, ut puta Scriptores, hîc allegasse sufficiat. Etenim prolixior, eandemque omnibus numeris absolutam deductionem atque illustrationem, nec horum argumentorum ipsorum pluralitas, nec pagellarum angustia, neque etiam instituti ratio permisit. Sit itaque

Ex Jurisprudentiâ Universali.

Posit. I.

Obligatiōi jam antea existenti, quod accedit Juramentum, majorem tantum vim & arctius aliquod vinculum superaddit, minimè verò per se peculiarem quandam novamque obligationem producit. Ubi jam nil obstat, quod quandoque directè etiam juratò promittatur, unoque sermōnis complexu & principalis obligatiō, & vinculum jurisjurandi aliàs accessorium simul comprehendantur; siquidem & tunc obligatiō, quæ hoc in casu id solummodò efficit, quo minùs alter de fide nostrâ dubitet. Ex ipso hoc verò, quod Juramentum sese habet per modum accessorii, sponte pendeat à conditione & validitate negotiî, in cuius confirmationem fuit adhibitum. Quodsi ergò promissum fuerit irritum, neque per se metumve injustum, vel quod nondum acceptatum, aut dere illicitâ, aut impossibili, aut alienâ, conceptum, nec jurejurandum, quod solenni omni, quò fieri potest, modo accessit, valebit. Id quod & nuper in applicatione ad causas illustres demonstravit EXCELL. DN. PRÆSES in *Disp. de eo, qu. just. est circ. mutat. investitur. feudal. §. 17.* post plures alios

alios ibidem adcitatos, quibus vel maximè add. B. THOMAS. in *Jurispr. Divin. Lib. II. C. 9. §. 14. seqq.* & in *Fundam. Jur. N. & G. Lib. II. cap. 9. §. 7. sqq.* itemque DN. BOEHMER in *Jur. Publ. Univers. P. spec. Lib. 2. c. 3. §. 50. sq.* Planè uti quoque nec promissum conditionatum jurejurando confirmatum, hoc ipso purum redditur: Nec idem excludit conditiones, ex indole negotii vel usu vulgari intellectas: Nec promissum juratum magis obligat hæredes, quam non juratum: Sed nec jusjurandum efficere potest, ut præcedens obligatio valida jam irrita reddatur, ac jus inde alteri legitimè quasitum evanescat. Quò omninò nomine rectè notatur GROTIUS, quando procul dubio Canonici Juris Interpretum doctrinâ deceptus, *de J. B. & P. Lib. 2. c. 13. §. 14.* adhuc novam juramentum obligationem semper quidem erga Deum, interdum verò quoque erga alios homines producere statuit: Cùm tamen, quando quis jurejurando promissionem firmat, revera nec Deo O. M. nec hominibus novi quid promittatur; Et quamvis utique, qui sic juratò promittit, arctius sese obliget, eaque propter etiam fidem datam fallens, hoc gravius peccet, & puniri queat; aliud tamen est, injustum esse atque insigniter quoque impium, aliud Deo omniscio ad promissum servandum seorsim obligari, benè distinguente GUNDLINGIO in *Jur. Nat. & Gent. cap. 17. §. 14.* Ex quibus omnibus jam quoque patet, quid sentiendum sit de vulgari isto Canonistarum brocardico, an commento? omne scilicet jusjurandum, quod salvâ salute æternâ servari potest, servandum esse; id quod peculiari *commentatione* explofit B. DN. D. LUDOVICI.

Pos. II.

Consuetudo ista bellica, quâ rei tormentariæ Præfecti Generales abs urbibus occupatis hostilibus postulant, ut campanæ templis inherentes, quod ipsorum per occupationem factæ sint, certâ pecuniæ summâ redimantur, * *Juris Nat. vel Gent. regulis* haud adedò repugnat, quicquid in contrarium urgeat ZIEGLER. *de Jur. Majestat. Lib. 1. c. 41. §. 45.* Et enimverò si justum præsupponamus bellum, non major quoad illas dubitandi ratio subesse videtur, quam quoad alias res hostiles. Ad minimum Leges Romanæ Civiles, res sacras (quorum & deinceps ex Pontificum institutis campanæ referri cœperunt,) A 3

perunt,) commercio ac alienationi hominum planè eximentes, hostiùm frustrà opponuntur; idque eo minori cum efficacità, quoniam illæ ipsæ res in se spectatæ ad cultum Divinam ad eò præcisè necessariæ haud sunt. Ut taceamus, non campanas ipsas, sed earum saltem æstimationem, quin & hanc plerumque isto duntaxat in casu postulari, quando obsidentes variis ex causis seriò petierunt, ut ne durante obsidione campanarum in urbe obsessà pulsentur, hæc verò subindè refragata sit.

* *Quale quid sæpius contingere suevisse memorat.* LAUD. DN. LUDOVICI in *Disp. de eo, qu. iust.* est circ. Campan. cap. 2. §. 34. Sed & noviora duo exempla præterito demum anno expugnatarum Civitatum amplissimarum Gedani & Cajeta in Italiâ comprobant, quæ de posteriori Novella publicæ sequentia retulerunt: " De Naples. 6. Sept. 1734. " Les Espagnols ont enlevé 74. Cloches de la Ville de Gaète, parce que " les habitans n'ont pas voulu s'accorder avec le Commandant de l'Arville " lerie des Assiégeans pour le rachapt de ces cloches, lesquelles ont été " amenées en cette Ville, & mis en dépôt dans deux Monastères.

Pos. III.

Pendente iustitio necessario generali, ortò scilicet ex publicâ & generali totius reipubl. calamitate, & quidem tantâ, ob quam omnia turbida & emortua existunt, totaque compages civilis ita soluta ac lacerata comparet, ut vix amplius cohareat, ac omne ad interitum & anarchiam ruere videatur, neque ad eò jus amplius dici possit, status publicus proximè in naturalem declinat, B. HERTIUS in *Element. prud. civil. p. 1. sect. 12. §. fin.* libertasque illa, sibimet ipsi privatâ autoritate per vim etiam jus dicendi, reviviscit; sed & ejusmodi in disturbio omnes leges pœnales iis aliàs impositæ, qui in statu civili tale quid attentant, cessant, quæve interim per vim aguntur, effectum quandam juris *externum* nanciscuntur, nec, remisso iustitio, facillè revocantur, nisi postea præsentem possessorem omni planè jure destitui doceri queat; Quemadmodum quoque eandem ob causam, quia scil. iudicis copia deest, nemo jus suum ob negligentiam vel præscriptionem amittit. Fata hæc longè tristissima, (ut alia reliquorum Europæ Imperiorum, cum primis electio-

tiorum exempla, interque hæc etiam, quæ nuper *Polonia* immi-
nere visa, & adhucdum infelicem illam *Corficam Insulam* premunt
mala gravissima, sileamus) non semel subit & experta fuit, ad mi-
nimum in ordine ad Status ac Proceres Imperii inter se, vel ipsâ
quoque nostra Germania, veluti in ferali isto Seculi XIII. interre-
gno, quò de plena sunt historiæ monumenta, tam & in fune-
rissimo illò præteriti Seculi bello tricennali. Quæ omninò tem-
pora, ut dulcissimæ patriæ in æternum nunquam redeant, cujusvis
boni Civis non exoptari solùm, sed & ardentissimè abs Deo T.O.M.
deprecarî interest! cf. interim DN. BOEHMER in *Disp. de eo, qu. iust. est*
durant. iustitio, cap. 1. §. 5. sqq. & cap. 2. §. 2. sqq.

Pos. IV.

Fundamentum omnis Juris Civilis in quavis republicâ est sola
Principis s. superioris voluntas, ita, ut quicquid jure positivo præ-
ceptum aut prohibitum, auctoritate illius, qui præcepit vel prohi-
buit, valeat. Quod etiam fundamentum ita comparatum est, ut 1)
omnia præcepta ad id resolvî queant, 2) perpetuum idem existat,
utque 3) invitos quoque obliget, eoque adeò prius nil esse debeat.
Sed & in eo principium obligationis, quippe quâ sublatâ omne jus
tollicitur, unicè quærendum. Jam enim, cum in qualibet Republi-
câ subditi eo ipso, dum ut homines regi & defendi cupiunt, ad
agendum aliquid vel omittendum obligantur, obligationis hujus
causâ nulla est alia, ac Princeps vel alius Superior, qui libertatem
eorum (non quidem semper, prouti lubet, sed vel maximè quo-
que salus publica exposcit,) restringit, ac necessitatem quandam
hoc vel illud agendi omittendive imponit; Quo intuitu omnia
ferè ea commodè huc applicari poterunt, quæ de principio Juris
Nat. adeò controverso latè deduxit B. DN. HENR. DE COCCEJI in
diff. de principio Juris Nac. unico, vero & adequato.

Ex

Ex Jure Civili.

Pos. V.

Inter alia valde abs Dd. agitatam reperimus illam quaestionem: *Num à tutelâ semel delatâ statim appellari queat?* Et sunt enim quidam, qui indistinctè in arbitrio tutoris esse statuunt, coram Judice inferiore, an verò statim coram superiore is excusationem suam proponere velit? vid. B. D. LAUTERBACH in *Coll. Th. pr. ad tit. de Excusat. §. 18.* junct. tamen §. 19. Alii appellationem tunc planè cessare contendunt, veluti LAUD. COCCEJ in *Hypomnem. ad Inst. ibid.* propter §. 16. *f. d. t.* Nobis leges sibi invicem desuper obstantes haud incommodè conciliari eò posse videntur, ut nimirum ante omnia despiciatur: utrum ejusmodi tutoris excusatio sit notoria, annon? Jam enim, si prius expeditum est, statim appellare eidem, si velit, licebit, quia gravamen à judice per notoriæ excusationis causâ neglectum & despicientiam illatum jam adest; in casu posteriori verò præcisè coram judice competente inferiore proponenda excusatio, dum per solam tutelæ delationem propriè nemo adhuc gravatur; Cessante autem gravamine, cessat & Appellatio; Unde quoque hoc in casu non, nisi allegata excusatio justa rejecta fuerit, provocatio locum habebit, per l. 13. in fin. pr. ff. h. t. & l. 1. §. 1. ff. quand. appell. conf. HOPP. in *Comment. ad d. §. 16. Inst. h. t.* add. KLEIN in *not. ad SCHOEPPFER. Synops. Jur. Privat. p. m. 421.*

Pos. VI.

Sequestratio cum primis voluntaria sive conventionalis rectissime quoque *depositi* species dicitur, tum ob l. 6. & l. 17. pr. ff. *Depos.* tum quod omnia depositi requisita ibi concurrant; cf. præ aliis COCCEJ in *diff. de Jure Sequestr. §. 26. ibique alleg.* STRUV. in *Synt. F. C. Exerc. XXI. §. 45. sqq.* add. CELEB. HEINECCIUS in *Elem. F. C. sec. Ord. Pand. P. III. §. 227.* Quemadmodum quoque isto nomine actione depositi sequestrariâ tum directâ, tum contrariâ, experiri licet. LAUTERB. *d. t. §. 49.*

Pos. VII.

Pos. VII.

Juramentum minimè dici potest probatio, per l. 30. ff. de Jurej. Idque nec respectu habito ad deferentem, nec intuitu jurantis ipsius. Jam enim, quemadmodum delatio juramenti regulariter fit à non probante, per l. 25. §. 3. ff. de Probat. Ita quoque idem præstans propriè non probat, sed à probatione se liberat, d. l. 30. Sed nec eundem semper effectum juramenti præstiti esse, ac probationis ritè peractæ, satis patet in casu, ubi de pœnâ dupli quæstio est, d. l. 30. item ubi de adjudicatione vel compensatione expensarum &c. quâ de posteriori conferri meretur ILL. WERNHER. P. VI. obs. For. 408.

Pos. VIII.

Ad veram Emphyteusis civilis constitutionem scriptura pro essentiâ neutiquam requiritur, nec ex ejus omissione negotium vitatur, multoque minus, instrumentò ejusmodi forsan amissò, de toto jure actum erit: tùm, quod contractus ipse emphyteuticus, prouti explicatiorem eum deinceps, imò novum planè ac peculiarem reddidit IMP. ZENO, nudo jam perficiatur consensu, tùm verò quod Emphyteusis non minus quoque præscriptione, ubi nulla planè scriptura intervenit, acquiratur, de quo posteriori casu vid. B. D. HARPPRECHT in Consil. 84. n. 104. & seq. nec non Exc. D. D. SCHOEPPF. in decis. 310. per tot. Post plures alios COCCENI in disp. de Emphyteusi c. 5. §. 5. atque LAUTERBACH. in Colleg. Th. Pr. ad tit. Si Ager vectigal. §. 9. ubi ad textt. & argumenta contraria sufficienter respondent: Quibus add. præprimis B. D. FROMMANN. in disp. de Conventione in Scriptis. §. 18. Et quamvis utique in eo facilè convenient Dd. ut, ex itâ potissimùm ratione, quia contractus hic adedò informis est, nec constantem ac perennem naturam suam habet, sed talem, qualem ex contrahentium pactis sortitur, hæcque verò infinita ferè esse possunt, consultius ac utilius judicent, siquidem ad probationem ejus, quod actum est, & ne decursu temporis, testibus forsan mortuis, hæc omnis pereat, scriptura interveniat, daß ein Erb-
Zins- Brieff errichtet werde. LAUTERB. d. l. itemque B. D. HARPPR.
in Resp. 91. n. 127. & in Consil. 68. n. 134. sq. Attamen Emphyteutæ,
B ut

ut præcisè in scriptis contrahant, vel literas investituræ redimant, nequeunt compelli, cum ejusmodi literæ investituræ in ipsorum favorem sint introductæ, atque ad eò in eorum odium detorqueri, ipsisque tanquam onus imponi haud debeant. l. 19. C. de Fid. Instrum. CEL. DN. AUGUST. LEYSER in *Meditat. ad π. Vol. II. Spec. 102. medit. 9. & 10.* ubi, quâ ratione hoc in casu Dominus sibi nihilominus consulere possit, docet, remque præjudicio firmat. Equidem aliud in Emphyteusi ecclesiastica obtinere, communiter ferè contendunt; Quamvis ex textibus ipsis hoc ad eò evidentè probare haud liceat. COCCEJI d. l. §. 9. ibique LAUD. HAHN. AD WESENBERG. d. t. n. 3.

Pos. IX.

Filiusfam. minor regulariter contra contractum, quem pater ipsius celebravit, in integrum haud restituitur, cum ex principio isto generali, quod ob privilegium Successoris non rescindatur factum antecessoris legitimum, tum vel maxime propter dispositionem celebratissimæ Leg. 2. C. *Qui & advers. quos in integr. restit. non poss.* quæ id eò potissimum, ut honor parentibus debitus ubique illibatus & intactus servetur, omnem omnino restitutionem excludere videtur. conf. BRUNNEMANN. *ibid. in Commentar. num. 1.* ubi adhuc aliam allegat rationem. Cujus quoque textus verborum generalitate permoti multi, ut filio ejusmodi minori indistinctè contra factum patris quodcunque, & tametsi cum extraneo lis sit, eam denegarint; quos inter præcipuè memorandus ILLUSTR. olim BERGERUS in *Disp. de Restit. in integr. ob reverent. denegat.* qui tamen deinceps sententiam suam mutavit, editoque peculiari *Commentariò ad dict. Leg. 2. Cod.* sollicitè ostendit, Imperatorem ibi eò saltem de casu loqui, quò liberi restitutionem adversus ipsos parentes petunt, hocque ipso minime sustulisse, quæ in favorem liberorum cum extraneo super facto patris litigantium alibi, veluti in l. 3. §. 5. ff. de *Minor. in l. 2. Cod. Si advers. donat. &c.* disposita apparent, quò de vid. post DN. LEYSER. in *Spec. 60. medit. 9.* B. STRYCK. in *disp. de Fur. Reverential. effe lib. specialib. membr. 9. n. 16. sqq.* ubi plures casus & exempla. Et verò tum quoque, cum pater ipse contractum rescindere potuisset, quò minus post hujus mortem filio idem urgenti,

ex

ex capite restitutionis succurri queat, nil obstabit, *arg. l. Æmilius. 38. ff. de Minor.* LAUDAT. STRYCK. in *Annotat. ad Compend. SCHÜZ. pag. 119.* Præterea denique liberis in negotiis cum ipsis parentibus gestis læsis non solum actione in factum, hoc est, prætermisâ doli mentione, verbisque in rem adtemperatis, agere permissum *per l. 11. §. 1. & l. 5. C. de Dol. mal.* Sed & si læsio enormissima adsit, ex Jure quidem non Prætorio, sed Civili datur restitutio, ex *Leg. 2. C. de Rescind. Vendit.* STRYCK. *d. l. & in Uf. Mod. ff. ad tit. de Minor. §. 12. §q.*

Pos. X.

Doctoris vel Studiosi in Academiâ decedentis, nullumque nec per testamentum, nec ab intestato, ex quacunque sanguinis linea, vel alio juris titulo, hæredem relinquentis, bona ipsi illi Academiæ s. Universitati Scholasticæ cedere, dubitamus nulli, cum STEPHAN. *ad nov. 118.* B. LAUTERBACH. in *disp. de Fur. Fisc. cap. 3. §. 16.* CELEB. D. KRESSIO in *specim. Jurispr. Civil. Lib. 2. tit. 20. §. ult.* aliisque multis. Idque verum tamen nec propriè ex *Fisci jure* (quippe quod regulariter ad Jura Majestatica pertinet, & inter partes Superioritatis territorialis refertur, per INSTR. PAC. OSNABRUG. *art. 8. §. 4.* LAUTERBACH. *d. l. cap. 2. §. 1. §q.* STRYCK. *de Success. ab intest. disp. 5. §. 7. §q.* conf. tamen CAPITUL. NOVISS. CAROLI VI. *art. 21.* ubi Nobilitati quoque Immediatæ idem tribuitur, sed & add. CELEB. DN. D. FREISLEBEN in *eleg. Disp. de Jure Fisci Landsassior. in §§. primis*) nec etiam ex *jure quodam successionis hereditaria*, uti quidem cum nonnullis sentire videtur STRYCK. *d. l. §. 45. §q.* sed quod eadem juribus Corporis & Collegii Ecclesiastici gaudeat. Quamvis, benè restringente KRESSIO *d. l.* hoc ultra bona, quæ Doctor ejusmodi vel Studiosus in Academiâ habuit, extendendum non sit.

Pos. XI.

Cùm, si quicquam, justissimum sit, sanæque rationi oppidò conveniat, ut quilibet indebitum abs se ex errore solutum repetere possit, quid? quod ipsemet tale quid accipiens tacitè ad restitutionem sese obligare censeatur, EPHR. GERHARD. in *Delin. Jur. Civil.*

tit. de Condiēt. indeb. §. 2. sq. meritò isto nomine peculiarem actionem s. conditionem concesserunt efformaruntque Romani, naturalis omninò æquitatis observantissimi, quam & hîc satis agnoverunt [Cui eorum præcipui, POMPONIUS *in l. 14.* PAULUS *in l. 15.* (ubi conditionem istam plane *naturalem* vocat,) PAPINIANUS *in l. 10. ff. e. t.* nec non MARCIANUS *in l. 25. ff. Rev. amotar.* Et hæc igitur, quin etiam contra pias causas competat, nobis quidem hoc minus dubii superest, tum quod non solum 1.) Leges in universum nihil, quod rationi Jurique Nat. contrarium est, statuere præsumantur, sed & 2.) quotquot in ipsa hæc materiâ proditæ reperiuntur Leges Romanæ, omnes generaliter saltem loquantur, & indistinctè cui-libet indebitum solventi adversus quemlibet idem accipientem conditionem actionem concedant, nec ullam quoad pias causas restrictionem aut limitationem adhibeant; tum & quod 3.) favor isto in casu eò magis exulet, cum indoles ac natura causarum piarum verè talium repugnet. Tantum quippe abest, ut in denegatione restitutionis ejusmodi indebitè soluti scopus earum primarius, honor scilicet Dei & utilitas proximi, imprimis egeni, promoveatur, ut potius idem quam maximè violetur, quorsum videri præ cæteris merentur B. THOMAS. *in not. ad Inst. tit. de Obligat. qu. ex quas. contr.* BERGER. *ibid. pos. 36. not. k.* BÖHMER. *in Fur. Eccles. Protest. L. III. Tit. 5. §. 21.* nec non RECHENBERG. *in disp. de eo, qu. in piis caus. impium est. cap. 1. & 2. & cap. 2. §. 15.* Opponi heic equidem communiter alias solent duo notabiles text. §. *fin. Inst. d. 1. & l. 32. §. 2. ff. de Cond. indeb.* Ast priorem de speciali & planè singulari Casu intelligendum, nec ad omnes pias causas, multominus ad singulos circa eadem occurrentes casus solutionis indebiti applicandum esse; *posterior* verò planè huc non pertinere, atque matrem, vel aviam, vel aliam propinquâ cognatione conjunctam personam præsupponere, jam dudum pervidere alii, veluti HUBER *in Pralect. ad Inst. d. 1. §. 12.* BOEHMER *d. l. Lib. III. Tit. 26. §. 30.* BRUNNEM. *ad d. l. 32. COCCEJ. in Fur. Controv. Tit. de Condiēt. indeb. qu. 6. &c.*

Pos. XII.

Pos. XII.

Ad id, ut contra fidejussorem judicati exequendi causa sententia executioni dari queat, non opus est novo processu; præsertim cum is ipse æquè, ac principalis reus ei subjectus sit. *l. ult. §. 1. Cod. de Usur. rei judic.* Neque etiam exactio, quæ à principali fit, ab executione videtur esse diversa, *l. 1. ff. Judicar. solv.* Et enim hoc inter partes actum, ut certus esset victor, se judicatò vi sententiæ potiturum, non quod denuò litigari necesse sit. Audiendus equidem uterque, tam fidejussor quàm reus principalis, si quam notabilem oppositionis causam habeant, interim tamen minimè fit nova citatio, nec nova instantia, novumque Judicium incipit, per sententiam ferè communem Doctorum & Interpretum, quos adduxit SANDIUS. *Lib. III. tit. 10. def. 3.*

Ex Jure Canonico & Protestantium Ecclesiastico.

Pos. XIII.

Beneficium *Competentia* Clericis, quæ talibus, minùs rectè tribuitur, sed nec ex Legibus Canonibusve ipsis, nec argumentis eorum probari potest. Ad minimum frustra hæctenus laborare vixi omnes, quotquot illud ex famoso *cap. Odoardus. 3. X. de solut.* exculpere conati. Præter hoc verò interpretatio ipsiusmet hujus beneficii, ceu juris planè singularis, extensiva eò magis odiosa, quod sic nimium læderentur Creditores. STRAUCH. in *Exercit. Julin. XXVIII. thes. II.* B. LAUTERBACH. in *Disp. de Benefic. Competent. §. 34.* nec non SCHROETER. in *Disp. ejusd. argum. p. 15. sqq.* Quamvis, cum circa usum communionem admodum fluctent Dd. antè omnia ad locorum & judiciorum observantiam attendi debeat: planè uti quoque ex conventionem idem istud beneficium competere posse, docet VOET. *ad 7. tit. de Re Judic. §. 46.*

B 3

Pos. XIV.

Posit. XIV.

Pluralitatem Beneficiorum Ecclesiasticorum non indistinctè reprobant Protestantes, sed tunc demùm, ubi duo vel plura munera ab uno eodemque commodè administrari nequeunt, unumque eorum alteri est impedimento. Sed & apud ipsos Pontificios pluribus Episcopatibus, Abbatibus &c. ex dispensatione Papali quem præfici posse, usus & experientia quotidiana luculenter edocent. conf. BÖHMER. in not. ad CORVIN. *Jus Canon. Lib. II. Tit. 31. not. u.*

Pos. XV.

Ecclesia quoad partem essentialem, sive scopum primarium, religionis scil. sive veræ, sive falsæ, culturam Imperanti atque Reipublicæ non subest. Et quamvis eadem, ipso hoc quoque respectu, in Republicâ sit, tamen non est de Republica; quemadmodum nec ex adverso istud, quod Respublica i. e. ordo quidam imperandi & parendi, in Ecclesiâ sit, dici potest, cum aliis; piè & placidè nuper defunctus, adhuc in cineribus Venerandus DN. AVUS D. SCHWEDER in *Diss. de Augustiss. Imperat. Reservat. §. 12.* unde etiam Imperans, quidquid Juris circa Sacra habet, nonnisi quatenus in Ecclesiâ respectus quidam politicus s. civilis, ad ordinationem ejus externam spectans occurrit, exercet, eo ipso, quia Reipublicæ præest, licet & ipse sit membrum Ecclesiæ. Ubi tamen, quæ tùm propriè Jura Ejus sunt *absoluta*, ex Majestate vel Superioritate territoriali immediatè fluentia, & quæ *collegialia*, curatè semper dispicere oportet: prouti quoque eadem post PUFENDORFIUM, THOMASIIUM, BOEHMERIUM, GUNDLINGIUM, aliosque distinctius & explicatius dedit REVERENDISS. *Academ. hujus CANCELLAR. D. D. PFAFFIUS tùm in Originib. Ecclesiast. p. 129. seqq. tùm & in Institutt. Jur. Ecclesiast. Lib. V. cap. 2. §. 2. seqq. ubi vel maximè addi meretur inferta pecul. dissertat. de Jur. Sacror. Absolut. & Collegial. p. 513. seqq.*

Pos. XVI.

Est autem inter illa ex præcipuis unum *jus convocandi Concilia*, ubi nim. Ecclesia coit, & vel Leges Ecclesiasticas fert, vel lites enatas

enatas dirimit; quod utique sine consensu & autoritate Imperantis fieri nequit, ad quem & ideò solum directio eorum pertinet, quive etiam ordinem modumque agendi definit. CONRING. *diff. de Concil.* §. 16. DN. D. PFAFF. *in laudat. Instit. Jur. Eccles. d. l. §. 5.* E- quidem Pontificii omne illud Papæ tribuunt, sed ex hypothesi haud probandâ, CONRING. *d. l. §. 13. & 19.* Quamvis ipsimet illi deinceps in quaestione: Utrum ejusmodi Concilia eorumque decreta authoritatem per se habeant, an verò Papa eam iis impertiatur? non conveniant; Etenim licet maxima ferè pars, habito ad Vicariatum Divinum respectu, posterius affirmet. vid. PLETTENBERG. *Introduct. ad Jus Canon. cap. 15.* Prius tamen Gallicani nunquam non strenuè defenderunt. vid. omnium loco Jo. LAUNOJUS *P. I. Ep. 7. 10. & 11.* nec non *P. II. Ep. 1. 2. §§.* itemque LUDOV. EL. DU PIN. *de Antiq. Eccles. Disciplin. diff. 6.* Nos ad id, ut Conciliorum decretis sua steterit auctoritas, confirmationem Principis vel Reipubl. omninò accedere debere, existimamus, quam & ideò Patres olim finitò Concilio semper expetere consueverunt.

Pos. XVII.

Ordinationem juris esse divini, ceu in Jure Canon. passim & cumprimis in *c. 4. caus. 1. q. 7.* præsupponitur, indeque etiam ad efficaciam ministerii sacri absolutè necessariam, multi quidem, sed frustra contendunt; quum tamen potius merus ista sit ritus Ecclesiæ, idem licet vetustissimus. BRUNNEM. *in Jur. Eccles. Lib. I. cap. 5. §. 25.* Ad minimum de mandato quodam Christi vel Apostolorum desuper proditò, ex Sacris Literis nil constat. Neque argumenta ab impositione manuum, uti illa ibidem occurrit, deprompta quicquam conficiunt. Jam enim, quamvis hæc tum in noviter ad prædicandum Evangelium missis cum in finem, eoque etiam cum effectu adhibita fuerit, ut illi Spiritu Sancto replerentur, ACTOR. VIII. 17. §. & IX. 12. 17. non cuivis tamen gratia hæc obtigerat, ut, mediante manuum impositione, Spiritum Sanctum conferre potuerit; ita ut propterea potestatem hanc Apostoli ipsimet *δωρεάν τῷ Θεῷ* appellarint, dict. ACTOR. VIII. 20. penes quos etiam solos ritus iste benedictorius & mira-

miraculosus simul fuit, ex promissione Christi MARC. XVI. 18. Atque licet Episcopi post horum decessum eundem servarint, serventque adhuc, jam inde tamen cum effectu Apostolico eum peragere haud valere, cessantibus omninò donis illis miraculosis, quæ cum ἐπιθεσι τῶν χειρῶν olim conjuncta erant. LAUDAT. D. PFAFF. in *Origin. Eccles.* p. 43. sqq. Hisce verò præsuppositis, & cum nil quicquam peculiare amplius operetur manuum quoque impositio, in ordinationibus adhiberi solita, sponte sua consequitur, totum hoc institutum modò humanum esse, legibusque etiam humanis subjacere, ita, ut jam Imperantes, si vel maximè ordinationem servari velint, idquod omni ratione ipsis suadendum, modum ejus peragendæ liberè definire queant. conf. BOEHMER in *Jur. Eccles. Pror. Lib. I. Tit. XI. §. 10. sqq.* & in *Orig. Jur. Eccles. c. 111. sqq.* SPENER *Tom. IV. Conflior. Germ. t. 7. art. 4. sect. 24.* FRIDER. SPANHEM. in *pecul. diatr. de Imposit. Manuum*, quæ extat inter *ejus opera*, *Tom. II. p. 274.* STRYCK. ad BRUNNEM. *Jus Eccles. d. l. §. 19.*

Pos. XVIII.

Num invito ac renitenti planè munus Ecclesiasticum deferri queat? quæstio est, quam multi affirmant, negant alii: quorum in posteriorum castra quoque transire videtur B. GERHARD. de *Minister. Eccles. §. 188. circ. fin.* itemque TRITUS in *Specim. Jur. Eccles. German Lib. 2. tit. 4. §. 19.* ubi indolem muneris Ecclesiastici ejusmodi coactionem vix admittere putat; conf. ZIEGLER. in *pecul. diatr. de Clerico Renit.* & quos ulterius allegat WILLEMBERG de *offic. vocant. & vocat. p. 135. sqq.* Mallemus tamen nos, cæteris paribus, suppositisque supponendis, (de quibus vid. LAUD, D. D. PFAFF tùm in *Jur. Ecclesiast. p. 117.* tùm in nuperà *disst. de Criter. Vocat. Divin. p. 12. not. ee.*) priorum accedere sententiæ, argumentò inter alia à muneribus publicis sumtò, ad quæ alias regulariter quemlibet compelli posse, tralatitium est. Et verò, quo minus idem quoque in officio Ecclesiastico, æquè, si non magis, necessariò, maximè, si subjectorum penuria adsit, donaque alicujus sint admodum egregia, procedat, se rationem non videre fatetur BRUNNEM. in *Jur. Eccles. Lib. I. cap. 5. §. 13.* insimul exemplum Ambrosii allegans. Neque obstat 1. PETR. V. 2. Id

Id quod & eò minus dubii habet in illis, qui non solum vinculo quodam *naturali*, ut subditi, vel ob beneficia & stipendia accepta, sed & *civili* planè, ex pacto & fide datà, adstricti sunt: Quorsum omninò spectat institutum istud, quo SERENISSIMIS harum terrarum Ducibus Illustris, quod heic floret, Stipendii atque Seminarii Theologici Alumni sub receptionem suam & ingressum, præstità cautione, nullum se aliquando munus sive in Ecclesià, sive in Scholis obeundum defugituros, promittere tenentur. conf. post BOEHMERUM aliosque D. D. PFAFF. in *laud. Diss. p. 8. not. 9.*

Pos. XIX.

Canonicatus, uti quidem in Terris Protestantium subditere, absque Simonia Crimine emi vendique possunt; Jam enim apud Evangelicos beneficia ejusmodi ac præbendæ rebus spiritualibus haud accensentur; sed nec reverà quoque tales sunt, MART. SCHOOCKIUS in *Tr. de Bon. Ecclesiast. sect. 1. c. 52.* Ut itaque nil obstet, quò minus resignatio ac cessio pro certà pecuniæ summâ in alterius, æquè habilis, gratiam fieri, tum & ab eodem promissum pretium jure exigat: Quamvis hîc operosè dissentiat CARPZOV. *Lib. II. def. 312.* atque speciosa sint, quæ in contrarium urget & assert DN. PERTSCH. in *Tr. de Simoniâ*, qui in eo quidem facilior, ut in nundinatione tali munerum Ecclesiasticorum crimen aliquod, sed nullum aliud, quàm ambitus agnoscat, quorsum etiam *l. 31. C. de Episcop. & Cleric. nec non c. 4. C. 8. q. 1.* collineare putat.

Ex Jure Publico.

Pos. XX.

Electio Regis Romanorum, vivò adhuc Imperatore, peragenda, non est actus quidam *extraordinarius*, nec *insolitus*, nec denique prorsus *irregularis*. Et qui verò hæc eligendi ratio, sæpissimè cum maximò Imperii R. G. commodò adhibita, abs ejus formâ abhorrente, & à regulâ recedere dici potest, quod constanti eademque frequentiori

quentiori observantia comprobatum fuit? Accedit, quod jus istud eligendi adeò nulla Lege publicà ad solum vacantis Imperii casum adstrictum sit, ceu olim quidam ex A. B. *cap. 1. §. 21.* exculpere voluerunt, quibus tamen facilè ex Ejust. *cap. 7. princ.* respondere licuisset; ut potius, quæ semper in contrarium obtinuit Praxis, expressis deinceps Capitulationum textibus suffulta sit, juxta quas jam Imperatori vivo, non solum consentienti & volenti, sed *volenti* quoque ac invito, pro necessitate circumstantiarum, Rex ejusmodi Romanus adjungi potest. vid. cum primis CAPITUL. LEOPOLD. *Art. 36. JOSEPHI Art. 35. & Noviss. AUGUSTISS. CAROLI VI. Art. 3.* Et quamvis in eò utique conveniant omnes, quod ejusmodi quid vivente adhuc Imperatore, propter rationes longè gravissimas, haud facilè fieri debeat, ipsumque hoc etiam in *cit. CAPITULAT. NOVISS. d. art. 3.* disertè cautum sit; Multò tamen majora semper commoda ex hujus Electionibus factis, quàm non factis, persensit Germania; Quemadmodum hoc tum ex Actis illarum anterioribus, tum verò præcipuè ex Interregnum historiiis, plenius diducere haud difficile foret; Et posteriora quidem, quoties non aut gravissimis turbis res Germanicas implicarunt, aut extrema minimum mala minata sunt? quam malorum nubem subindè provida Regis Romani electio prævenire, imò penitus avertere potest, vid. præ cæteris B. HERTIUS in *Parerm. Lib. II. par. 1. §. 2. & 3.* Ubi jam quoque ullum introducendæ pedetentim successione hæreditariæ periculum hoc minus metuendum, cum id ipsum per solennes Conventiones satis cautum, sicque libertati Electionis adhuc prospectum sit. conf. omnino ILL. D. HOFFMANN in *pecul. Comment. de Reg. Romanor. viv. Imperat. elect. per tot.* Cæterum quando jam ulterius super electo ejusmodi Rege quæstio est inter Juris Publici Dd. *Utrum Idem sit Imperatoris saltim Vicarius? An verò proprià etiam gaudeat Majestate, eademque cum illà Imperatoris forsitan pari?* Nos à partibus eorum, qui posterioribus defensitant, stare hæsitamus nulli; cum non solum titulo tenens eadem Ipsi tribuatur in R. J. *d. a. 1544. §. Unde damit & in Rabr. R. J. de a. 1555.* nec non in R. J. *de a. 1557. §. Unde seynd.* Sed & in nullò ferè aliò differat ab illò Reg. Rom. qui Imperio vacante eligitur, nisi in administratione certò tempore restrictà. Unde quoque vocatur & est reipsà Rex; committitur Ipsi Regnum; ad Capitulationem sese obli-

obligat; omniaque unctionis & coronationis Regiæ solennia adhibentur celebranturque, perinde ac si mortuū Imperatore coronatio fieret, paucissimis omninō mutatis; præterea omnia potest, quæ Imperator præsens, ita, ut majora quoque seu Regalia Feuda conferat, quod Vicariis Imperii tempore interregni prohibitum; sed & ideo Caput Imperii dicitur in R. J. de a. 1555. §. Und im Fall. omni- que etiam vacantis Imperii casu, sine ulteriori electione, (modò semel ritè electus fuerit,) ipsò jure Imperator existit. R. J. de a. 1559. pr. ibi: Im Fall der Erledigung. & R. J. de a. 1566. pr. Planè uti quoque, sicubi Imperator Imperium ejurat seu resignat, statim Majestas Illius, quæ quasi dormivit, vires suas exserit; nec per peculiarem proclamationem, tunc edi solitam, novi quid Ipsi confertur. Et quamvis sic Majestatis Ejus exercitium, præsentē nec impedito Imperatore suspendatur, & sub cineribus, uti loqui amant Ddres, sepulta delitescat, vel dormiat, jus tamen ipsum non est sublatum, desuperque in Capitulatione satis prospectum &c. Plura huc pertinentia dabit *Diff. B. DN. DE LYNCKER. de Reg. Romanor.*

Pos. XXI.

Imperator quivis Augustissimus, quæ talis, in causis sive publicis, sive privatis, Judicem propriè non habet; Quid? quod de Eodem, quæ tali, quærere nefas: Is enim, cum Ipsemet summus sit in Imperio Judex, neque in terris se superiorem habeat, nulli quoque Judicio subjacet, nisi cui sponte se subjecerit. CELEB. D. MASCOV. in *Princ. Jur. Publ. Germ. L. V. c. 6. §. 5. not. 1.* Sed quid sentendum de famosò illò Judiciò Comitum Palatini Rhenani, quod adhuc in A. B. *Tit. 5. §. 1.* confirmatum legitur? Nobis, siquidem breviter, sed liberè, sententiam nostram desuper promereliceat, tota res tantum non pro merà fabulà jam diu habita, prouti quoque nuper id plenius demonstravit DOCTISS. DN. SENCKENBERGIUS in *pecul. Schediasm. de Fabulà Judic. Palat. in Cæsar.* Ad minimum cuivis, qui historiam statumque Germaniæ nostræ mediè penitius didicerit, atque in quonam præcipuum olim Comitum Palatinorum officium constiterit, curatius norit, origo ac fundamentum erroris, an commentum

tim subolere debet. Jam enim cum illorum Comitum propriè effect, super rebus Imperatorum Domanalibus seu fiscalinis, quales olim in omnibus Germaniæ provinciis complures supererant, si qua controversia desuper exoriebatur, jus dicere, illarumque etiam nomine, seposito omni partium studio, æquè aliquando contra Cæsarem, ac contra privatum, pronunciare; Perinde ac hodiernum plures Germaniæ Principes Serenissimi, veluti Saxonici, Wurtembergici, &c. quin & ipsi Galliæ Hispaniæque Reges in Causis suis Cameralibus coram propriis Curiis sese conveniri patiuntur: Malè dehinc à nonnullis inferri cœpit, quasi Comes Palatinus ipsius quoque Imperatoris omniumque Ejus gestorum Judex sit. Quæ persuasio deinceps etiam duravit, quin imò sic crevit, ut, extinctis licet eum officio omnibus aliis talibus aliarum Provinciarum Comitibus, qui solus quoad nomen (res enim ipsa dudum desierat) ad Rhenum superstes manserat Palatinus, idemque mox prapotentior habereturque. Unde & est, quod isto nomine ac elogio jam veniat Idem in Speculo tam Saxonico, quàm Suevico, nec non in Jure Feudali Alemannico, & Saxonico Weichbildico, ex quibus sine dubio hausta traditio, in ipsam tandem A. BULLAM irrepfit. vid. omninò post HERT. in *Opuscul. Vol. I. Tom. II. p. 443.* SENCKENBERG. *d. l. cap. 1. §. 1. sqq.* DN. KRESS. in *eleg. diss. de Var. Jurisdiction. Crim. in Germ. generib. p. 34. sqq.* Quanto itaque audacior ILL. DN. LUDWIG, dum in *Commentar. ad A. B. d. l. p. 585. sqq.* pro Judicio hoc Palatini strenuè pugnans, Augustiss. Cæsarem adhuc isti, omni causarum distinctione neglectà, subicere conatur; Cui tamen ex instituto obviam ivit NOB. DN. DE BERGER in *Animadvers. ad Cocceji Jus Publ. cap. 8. §. 4. p. 118. sqq.* Eoque etiam tetendit, quod olim prodiit scriptum sub titulo: *Bedencken, ob ein Chur Fürst zu Pfalz in causis gravatoriis des Kayfers Richter seyn könne?* ap. LONDORP. *Tom. II. p. 21.* quod tamen perstrinxit LUDOLPH in *der Schau-Bühne der Welt. L. X. c. 2. §. 30.* Hæc de Imperatore, uti diximus, quæ *zali.* Secus tamen pronunciandum de Eo, quæ *Archi-Duce Austria,* plurium isto nomine in Imperio terrarum Domino, quarum utique intuitu Suprema Imperii Tribunalia juxta cum aliis Constatibus in *causis privatis* suspicere solet: Ubi jam in Judicio Aulico Mandatorum, Rescripto-

Rescriptorum Decretorumve formula consueta: Von dem Kap:
serl. Reichs Hof Rath in Freundschaft an die Oesterreichische Hof:
Cansley &c. vid. Reichs. *Fama. P. IV. cap. 38.*

Pos. XXII.

Quotquot de Juribus Imperatoris & Imperii Germanici in Ita-
liam (admodum quidem eo, quo hæc scribimus, tempore labefa-
ctatis, injustissimeque per occupationes hostium imprævisorum tur-
batis, sed, quod speramus & optamus, Deo auxiliante armisque
Cæsareis benedicente, mox recuperandis) scripsere, non veteres
tantum ferè omnes, sed & ex recentioribus nonnulli, præsertim
ubi genuinas desuper Origines tradere debebant, apertè *acquisitio-
nes* ejus in se tùm ratione *modi*, tùm ratione *temporis*, longè di-
versissimas confundunt, nec quæ ad Imperium Romanum propriè,
quæve ad reliquum Italia Regnum separatim spectant, curatè di-
stinguunt; eoque ipso verò non saltem historicè insigniter
impingunt, sed, quod præcipuum, subindè falsissimis conclusionibus
juridicis ansam præbuere, ita, ut haud rarò Cæsari hinc justo nimi-
um, illic verò justò minus tribueretur; & vel hinc quoque constet,
quantum, uti in omni, ita cumprimis in Publico Jure intersit, ve-
ras nosse origines. Nos jam totam rem breviter ita concipimus:
scil. quod attinet ad prius, 1.) Carolus M. *novum* acquisivit Impe-
rium Romanum, veteri ita dictò Imperio Occidentali dudum de-
structo, utpote quod jam cum Augustulo cessarat, neque postea
restauratum; quicquid in contrarium speciosissimè urgeat CELEB.
DN. SCHOEPPFLIN in *Disp. pecul. de Exincto & Restaurat. Imp. Occident.*
Quo minus verò sic quoque attendendæ nugæ Abbatis Galli DE CAM-
PIS, Imperium istud ipsissimum Occidentale jam inde à Clodovæo
ad Carolum M. usque penes Francorum Reges substitisse, insolubili
deinceps vinculo cum Gallia Regno connexum, contendentis, quem
tamen satis depexum dedit ECCARD. in *præfat. ad Orig. Austriac.*
pag. b. 2.) Novum istud Imperium nullatenus tam latè, ac vetus
olim, patebat, sed exiguis admodum finibus circumscriptum, præ-
ter Urbem Romam, nil nisi circumjacentem Ducatum Romanum,
atque ereptum Longobardis Exarchatum, in quo Pentapolis &
Ravenna,

Ravenna, comprehendebat. 3.) Acquisivit idem Carolus minimè jure belli, vel victoriæ, quippe quò ne quidem opus fuerat erga Pontificem ac Civitatem, auxilium magis ac opem ejus contra imminentem vicinorum Longobardorum subjugationem ac tyrannidem implorantes; frustra dissentiente COCCEJO in *Fur. Publ. cap. 6. §. 12.* Quin potius Papa & S. P. Q. R. abs Græcis sese desertos videntes, spontè se dedidere, ipsumque deinceps solenniter Imperatorem proclamarunt ac venerati sunt. Quò ipsò tamen, licet Pontifex pro se & populo privilegia quædam stipulatus sit, quin Carolus nihilominus summam in Eundem atque Civitatem, nec non terras prædictas potestatem obtinuerit, minimè dubitandum, propter tot actus, supremi Imperii indices, abs Eodem deinceps exercitos. Denique verò 4.) Carolus, quod ita nactus est Imperium novum, *sibi* propriè ac *familie sue*, hæreditariò jure in posterum possidendum, acquisivit. Ut itaque nil habeant, quod inter se contendant Galli & Germani, egregiè observante MONZAMBANO; Quamvis pro his ex capite terræ *matricis*, unde Franci prodierint, adhucdum pugnet COCCEJ. *d. 1. §. 17.* sed & hoc agat frustra, cum a) Carolus utriusque & Gallia & Germaniæ Rex fuerit, b) obtinuerit honorem ac Potestatem Imperatoriam, antequam totam posteriorem Regno suo Franciæ univisset, quid? quod c) eodem jure Galli Germaniam Franciæ incorporatam dicere possent, sed & d) falsum sit suppositum, quascunque terras, sive bello, sive alio titulo partas, provinciæ acquirentis matriçi semper accedere; Tandem e) ex Carolingicis Principibus ipsis rexerint Italiam, qui nunquam fuere Germaniæ Reges, utpote LOTHARIUS I. ejusque filius LUDOVICUS II. nec non CAROLUS CALVUS, plane quod Rex Gallia. Quibus ita se habentibus, ulterius omninò pergendum in deducendâ origine verâ stabiliti tandem penes Germanos Imperialis fastigiû; ubi jam non prius, quam sub Ottone I. Magno subsistere oportet. Is enim fuit, qui primus iterum ex Germaniæ Regibus Majestatem istâ dignitateque Imperatoris summâ Roma potitus; Is, qui eodem jure summo, quo olim Carolus, illam exercuit exornavitque; Is denique qui eandem demùm æterno fœdere cum Germaniæ Regno felicissimè conjunxit, & ad omnes Successores Germanos jure optimo maximo transtulit, à quibus etiam

etiam deinceps strenuè semper vindicata servataque fuit. Quorsum præter CONRINGIUM de *German. Rom. Imp.* aliosque videri meretur Cl. DN. BUDERUS in *Vindic. Jur. Imperator. advers. Urb. Rom. Episcop.* Hæc de Imperio ipso. Secus tamen sese habet cum *Italia Regno*, quod præcipuè partem ejus superiorem comprehendit, & ab ultimis Possessoribus Longobardicum dictum. Hoc quippe totum pariter quidem, & à Carolo, & ab Ottone M. obtentum, sed reverà belli ac victoria jure conquestum & subactum, eademque, & non alià ratione ac conditione à posteriori deinceps quoque Germaniæ in perpetuum innexum. Unde quoque est, quod inde & ab isto tempore, illud semper diversum, ac ab Imperio Romano separatum quid habitum, quodque etiam, qui Ottoni successerunt Germaniæ Reges ac Imperatores, nunquam non non solum liberius regimen in provinciis ejus exercuerint, sed & earundem Proceres, Duces, Marchiones, Comites &c. strictiore quodam nexu ad nostra usque tempora parere debuerint. Ad minimum nullus est eorum hodieque, qui non omnia Regalia sua Cæsarum munificentia atque privilegiis debeat, satis hoc inter alia testantibus instructissimis *Codicibus Fralia Diplomaticis* CELEB. LUNIGII. conf. LUDWIG in *Præfat. ad Tom. IV. Reliquiar. Mstor.* §. 17. p. 27. sqq. qui planè illos in ordine ad Germaniam pro Landstättis habet. add. *Ejusd. Singular. Jur. Publ. passim.* ut taceamus, quæ pro statuminandis hinc inde juribus istis Imperatoriis haud ita pridem prodierunt, scripta eruditissima B. DN. AVI SCHWEDERI, MUSÆI, MASCOVII, HAHNII, BOEHMERI, GUNDLINGII, BERGERI &c.

Pos. XXIII.

Jam autem, cum abs hisce Imperatoris in Italiam juribus, iterum distinctissima sint illa, quæ Eidem competunt in Germaniam ipsam, quæve pro diversâ ætate rerumque vicissitudine mox majora, mox minora fuere; Quoad horum originem propriè ad tempora Ludovici Germanici respiciendum, utpote qui primus in famosâ illâ Transactione vel Divisione Virodunensi, fratres inter, Ludovici Pii filios, a. 842, in ita, Germaniam demum, cum antea semper communi Francorum imperio innexa fuisset, pro sua parte ita liberam

liberam separatamque obtinuit, ut proprium jam eadem Regnum, publicâ statûs formulâ, limitibus ac nomine quoque ipsò distinctum constituerit. Et enim tùm primum *Francia Orientalis*, haudque diu postea tandem *Teutonicum Germanicumque* Regnum vocari sivevit: Quò pertinet peculiaris locus ap. OTTON. FRISING. *Lib. V. cap. 35.* Sed & peculiarem istam regiminis sui formulam deinceps retinuit, factâ licet sub Ottone M. Imperii Romani cum ipsâ conjunctione: quamcunque etiam unitatem Reipubl. hîc sibi fingere voluerint OBRECHTUS atque KULPISIUS; utpote ad quam evitandam sub MAXIMILIANO I. consultò ac solenni Curia stylo tandem reliquis titulis Imperatoris Germanicus quoque adjici cœpit. Cæterum ad quam nam modò Augustissimus Cæsar intuitu Regni Germanici teneatur, id quidem undique ex Legibus Imperii publicis patet. Scilicet obligatio Ejus generalis in eo consistit, ut ne absolutum, plenum ac hæreditarium imperium affectet unquam, utque ex adverso libertatem & Jura Statuum integra non tantum servet, sed etiam tueatur &c. Specialia verò specialiter quoque in dictis Legibus definita. Tritius in *Specim. Jur. Publ. L. V. c. 5. §. 5.* Ubi tamen cave, controversias desuper emergentes, aliunde quàm ex analogiâ reliqui Juris Publici, observantiâ item Imperii ac Juris tandem Nat. regulis decidas.

Pos. XXIV.

Majestatis summæ indole ac naturâ probè perspectâ & secundum Civilis doctrinæ principia examinatâ, statim patebit, Principes nostros, Dominos licet Territoriales eminentissimos simul & potentissimos, verâ tamen istâ haud pollere; idque omninò ob vinculum illud arctissimum, quo terrarum suarum, imò & personarum intuitu Cæsari & Imperio ad fidem & obsequia alligati, quoque potestas eorum, utut maxima, univèrsæ tamen Reipubl. semper subordinata est manetque. vid. præ cæteris B. D. SCHWEDER in *J. P. p. Spec. Sect. 2. cap. 10. §. 3. ibique allegg. quibus & add. DN. LUDWIG. in German. Princ. L. 3. cap. 4. §. 23.* Unde & est, quod in Superioritatis Territorialis elogiò hæctenus acquieverint indistinctè omnes, cum primis verò minus potentes eò lubentius, cum inæquales ipsorum vires

res Majestatis splendorem oppidò deprecari videantur. conf. omninò
 CELEB. D. KEMMERICH. in *Iur. ad Jus Publ. L. VII. c. 1. §. 27. in nor.*
 Quamvis quæ ad ipsum hoc ulterius deinceps evincendum ac sua-
 dendum communiter urgeri solent argumenta, petita ab ipsorum ju-
 ramentò, quo Cæsari ac Imperio non solum treu und hold, sed
 planè quoque gehorsam zu seyn jurant, juxta formulam ap. LIMNÆ.
lib. 4. cap. 8. §. 2. & SCHILTER. in Comment. ad Jus Feud. Alemann.
p. 68. tùm & à propriis eorum testationibus longe sæpius submissis-
simis, tùm à nexu feudali ligio prorsus, ipsos inter atque Impera-
tozem intercedente, (quem tamen recentiores Juris Publici inter-
pretes minimè amplius admiserint, vid. omnium loco B. SPENER.
in Observat. Historic. Feudal. II. p. 126. seqq.) tùm à modo procedendi
adversus ipsos in Summis Imperii Tribunalibus usitato. vid. CAPIT.
Noviss. Art. 21. itemque ab imperiosis Legum Publicarum formulis,
nec non à Crimine Læsæ Majestatis, quod in Imperatorem & Impe-
rium committere possunt, sustinendoque desuper Banno Imperii &c.
 Quamvis, inquam, hæc aliæque similis ponderis argumenta emi-
 nentiæ Principum ac Statuum nostrorum minimè eò officere de-
 beant usque, ut propterea eosdem quoque citra injuriam in nu-
 merum verorum ac merorum *Subditorum* referend os arbitremur,
 per egregiè deducta ap. CEL. D. GOEBEL. in *disp. de Jurib. Procer. Imp.*
Majestatic. Cap. III. per tot. conf. EXCELL. DN. PRÆSES in disp. 1. de
Jurisprud. Princip. Imp. Privar. §. 13. p. 19. seqq.

Pos. XXV.

Concessâ Superioritate territoriali, vel & omnibus Regalibus,
 continentur omnia, quæ non sunt specialiter excepta: Concessis
 verò singulis Regalibus, nulla nisi expressa. Sunt hæc regulæ ejus-
 modi, ut normam præbeant, ad quam omnia instrumenta investitu-
 ræ, Emptionis &c. magni momenti terrarum prædiorumque expli-
 cari debent, cum nonnisi raro in iis omnia & singula Regalia expri-
 mi soleant. Ac in *priori* quidem casu, ubi Superioritatis mentio fit,
 prorsus nullum superest dubium, cum hæc jam sit complexus omni-
 um Regalium; Idemque etiam expeditum est, si omnia ea nomina-
 ta apparent; Quia vox: *Omnis*, nihil excludit, sed omnes species
 D CON-

continet, & (uti alias dicitur) vim specificandi habet. Ita ut eodem redeat, five quis dicat: *Er verleyhe die Landes- Fürst. oder Landes- Herrliche Obrigkeit*; five: *Er verleyhe alle Herrlichkeiten*. Non obst. regulâ aliâs communi: quod in rebus magni momenti ea, quæ sunt omiſſa, non videantur comprehensâ. Si quidem hoc saltem verum in casu dubio & indefinito, qualem non facit particula: *Omnis*. Secus tamen omninò dicendum de iis, quæ Lege ipsâ vel ex observantiâ jam dum specialiter sunt excepta, veluti jus institutiendi propria auctoritate vectigalia, jus monetandi &c. quæ citra Imperatoris atque Electorum, imò & aliorum concessionem atque privilegium speciale non exercentur. Quod autem ad *posterionem* regulam, evidentia ejus ac justitia per se patet, juxtaque illam ergò reliqua, quæ non sunt expressa, pro omiſſis habentur; etsi dicatur: *Mit seinen Herrlichkeiten und Rechten*, quia in dubiâ ac indefinitâ locutione demum, per modò asserta, stricta debet esse interpretatio. Unde quoque concessò castrò cum suis Regalibus, nulla alia intelliguntur, quàm quæ eidem adherere solent. Quò de ex instituto vid. B. DN. AVUS D. SCHWEDER in *disp. de Clausul. Investitur. cum pertinent.* quæ *Vltâ* in *Tom. I. Ipsiſus Dissertationum*, cura Nepotis, CONSULTISS. DN. WOLFFGANG. PAUL. BURGERMEISTERI DE DEICISOW editarum-

POF. XXVI.

Jus circa Feras seu Facultas Venandi olim in Germaniâ ubique locorum erat liberrima, sic ut non ii solum, qui prædia sua pro alodiò possidebant, eâ pro lubitu quiverint uti, sed & quivis alius cum prædio quodam investitus, eò ipso, atque licet nulla specialis mentio vel concessio venationum in investiturâ facta esset, in quantum istud sese extendebat, venationem omnem exercendi potestatem, tanquam pertinens ac Fundi Jus, acceperit. Id quod utique salvâ historiâ negari nequit, atque solidè etiam evicerunt DN. D. KRESS. in *disp. de Privileg. Agricultur. cap. 2. §. 13. p. 76. sqq.* STRUBE *de Orig. Nobilitat. German. cap. III. §. 1. sqq.* omniumque plenissimè Author Anonymus (quem tamen CL. DN. BILDERBECKIUM esse constat) *Deductionis: Von der vermeintlichen Regalitat derer Jagden &c.*
in fol.

in fol. Exceptis tamen per omnes ferè Germaniæ Provincias certis quibusdam Nemoribus, quæ Reges ac Imperatores sibi reservabant, quæve per certos Officiales Venatores ubique sedulo curabantur custodiebanturque, quorsum vid. *pecul. Constitutio apud Goldast. Tom. I. ad a. 1509. & 1310. add. laud. GOEBEL. in disp. de Orig. Fur. Venand. §. 8. nor. a.* Sylvæ propterea Regiæ vel Dominicæ dictæ; Quem admodum quoque hodie in Anglia cognitæ sunt *the Kings Parks*, & famosa talis fuit Sylva circa Norimbergam; de quâ vid. SCHREIBER *in disp. de Judic. Cæsar. Forest. Norico.* Cæterum dum præter hæc Sylvas Dominicas ubique locorum aliàs libertatem venandi olim obtinuisse statuimus, per universam omnino Germaniam hoc sese extendisse putandum, neque ulli jam provinciæ præ altera peculiare quid isto nomine competuisse credendum, ceu nonnulli de Sueviâ, Franconia atque Rhenensi terrâ idem saltem intellectum volunt, quod in illis maximè hodiernum supersint reliquæ veteris istius Libertatis, *der Freyen Pürsch Gerechtigkeit.* Deinceps, cum olim hoc in Germaniâ observatum dicimus, minimè idem demum à temporibus famosi Interregni repetendum, veluti B. DN. D. STEPH. CHRIST. HARPPRECHTUS, dum in *Origines dictæ Liberæ Venationis Suevicæ* inquiri, sibi persuasisse videtur in *Sciagraph. pecul. §. 5.* cum utique mos fuerit antiquissimus, sub prioribus jam Imp. usitatus testatissimusque. Denique verò ad initium hujus *positionis* studiò, quicquid ita libertatis obtinuit olim in Germaniâ, prædiorum saltem possessoribus, *Dominis ac Dynastis* asseruimus. Rustici quippe ceu Servi ac homines proprii, eâ semper exclusi, neque etiam ulli admitti leguntur, quin potius per disertam illam *Constitutionem* FRID. I. *de Pac. tenend.* illis arma portare ac venari serid interdicitum fuerat. Quò itaque penitiori ac solidiori probatione hi opus habent, quando & ipsi hodiernum libertatis istius, *der freyen Pürsch Gerechtigkeit*, capaces declarari volunt. Ex quò verò Superioritas Territorialis suborta, ac Cæsares ipsi mox hunc, mox illum ex Proceribus, tam Ecclesiasticis, quàm Secularibus cum jure venandi investire, nullum ferè majus Regale spectari, nullumque ferè majori in pretio atque delitiis haberi cœpit; planè uti quoque sollicitè semper præ aliis illud investituræ Literis nominatenus inferi curant Principes ac Status in univèrsum; ita ut B. THOMASIVS audacter, se

non meminisse scribat, ullum amplius Jctorum iis controversiam desuper movere, in *diss. de Jurib. Fisci Princip. German. cap. 2. §. 2. conf. omnium loco Jo. HARPPRECHT. ad §. 12. Inst. de Rev. Divis. n. 245. sqq.* Eoque jam spectat quoque alia alterius Anonymi *Deductio*, priori *Bilderbeckiana* opposita, *sub tit. Gründliche Bewährung des Jagd-Regals, welches insonderheit dem König in Engelland im Pünchurgischen zuständig ist: in fol.*

Ex Jure Feudali.

Pos. XXVII.

Ardua simul ac anceps est quaestio: *Ad cuiusnam loci Jura in decisione causarum feudalium respici debent? ad ejus, ubi feudum situm? an ad ejus, ubi contractus celebratus?* Quam salii ulterius adhuc edampliant, ut casus quoque immisceant, ubi præterea diversum jus obtinet non solum in provincia, in qua Curia Domini sita, sed & in ipsa Curia Dominica; ut itaque quaestio tum ad quatuor casus redeat. Communiter equidem Ddres sub distinctione rem expediunt, ita, ut si de ipso feudo quaestio sit, attendenda sint jura loci, ubi idem situm; si de contractu, jura loci contractus. Quorsum spectant præ cæteris tradita ROSENTHALII *cap. 1. conclus. 14. per 101.* ubi argumentum hoc omnium prolixissime excussit, cui add. VOET. *de statut. scilicet. 9. cap. 1. §. 5. & 6.* et quos ulterius allegat STRYCK in *E. F. F. cap. 1. qu. 25.* Nos uti omnino et ipsi totam rem mox decisam tum arbitramur, cum speciale aliquid statutum vel consuetudo in medio est, ut in omnibus planè feudis, sive novis sive antiquis, æque ac in contractibus super feudis, ubicunque illi initi fuerint, indistinctè Jus illud, quod in Curia Domini obtinet, servari debeat, cum istud meritò tum omnibus reliquis præferatur, post ROSENTH. *d. l. n. 12. 13. & 14.* CARPZOV. *diss. Feud. 1. §. 16.* idque eò magis, quia ejusmodi lex vel consuetudo non tam ab ipso Domino data, quam ab universis Curia Paribus approbata censetur; ita ut propterea quilibet vassallus non minus isti, quam Civis novitius juribus Civitatis, in quam intrat, obstringatur. Sic tamen quoad cæteros casus semper,

per, & quidem ante omnia, ad jura loci, ubi res feudumque, super quò est quæstio, situm apparet, respiciendum arbitramur, cum hæc regulariter jura res omnes in loco isto vel provinciâ sitas afficiant, quocumque demum jure personæ, res istas possidentes, alias censentur, per *tradita* CARPZOVII p. 3. c. 12. def. 12. add. ROSENTH. *ibid.* n. 21. sqq. & cum primis KNIPSCHILD. de JURIB. NOBIL. Lib. 3. cap. 25. §. 77. seqq. ubi exempla oppidò huc facientia. Indeque etiam est, quod e. g. Vassalli Saxonici in Hennebergico Principatu jam olim moverint querelas, quod feuda ipsorum Hennebergica longè aliam diversamque habeant indolem à Saxoniciis. Planè uti quoque de Feudis Lusaticis constat, quod jura Saxonica non agnoscant. Ita porrò de POTENTISS. PORUSSÆ REGE notum est, quod Curias suas Feudales pro diversitate Provinciarum jura sua peculiaria sequi patiatur; æquè ac SERENISS. WÜRTEMB. Duces cum Feudis suis Montispeligardenibus hætenus observare siverunt. Aliud exemplum suppeditat HORNIUS in *Jurispr. Feud.* cap. 1. §. 39. Quod & aded obtinere statuimus, etiamsi super contractu ipso vel ejus solennitate controversia oboriatur, cum & ipsi contrahentes in dubio sese ad consuetudines juraque loci rei sitæ feudique respexisse præsumantur. Quam in rem notabile allegare licet exemplum contractus super Electoratu Saxonico, inter *Sigismundum Imp.* atque *Fridericum Bellicosum*, Sec. XV. Budæ in Hungaria celebrati, ubi quoque consummatio ejus sequuta, novusque deinceps Elector investitus fuit. Jam enim quis hic jura Hungarica respicienda fuisse dixerit? potius Feudum hoc majus secundum jura & Consuetudines Germaniæ concessum censerè debet. Excip. tamen casus, ubi non super contractu ipso, ejusque solennibus, sed saltem super pretio ejusque summâ controversia sese exferat. Ita enim cum e. g. Nobilis Misnicus cum consensu Domini directi Nobili Suevo in Suevia feudum suum in Misniâ situm vendit pro 10000. Gulden; cum sanè floreni illi non secundum valorem Misnicum à 21. gute Groschen, sed pro valore Suevico à 16. gute Groschen sive 15. Bagen computantur.

Pos. XXVIII.

Spurii, cum nupiam feuda acquirere prohibeantur, sine dubio illorum sunt capaces, *arg. II. F. 3. §. 1.* unde etiam post BALDUM simpliciter eos admittunt NIELLIUS *D. f. 2. §. 6.* DU MAY *in Nomorbesia feudali, c. 2. §. 2.* SHWENDEND. *ad Lucubrations RITTERI Ex. 6. sub f.* Quamvis hoc ipsis negent FINCKELTH. *Disp. f. 5. §. 23.* REUSNER. *d. Feud. Disp. 3. §. 23. sqq.* SYLVANUS *de Feudi Recognitione, q. 103,* MAURITIUS *in Pos. Jur. F. comr. Decad. 4. Pos. 9.* Idque ex hac potissimum ratione, quia Vasallus omnis aliquando Judex esse debeat in causis feudalibus, quæ inter Dominum & Convasallos dijudicandæ sunt; Jam verò Spurius, si non infamis sit, tamen levis notæ maculâ laboret. vid. DN. D. FROMMANN *in Diss. de levis notæ maculâ, §. 14. sq.* Equidem BOCERUS *de Investit. Feud. c. 3. n. 140.* inter Spurium, feudum ab extraneo, vel à patre accipientem distinguit, & à priori benè conferri posse contendit. Sed nullibi hæc distinctio in J. F. fundata. Magis placet cautela REUSNERI *c. l.* ante omnia scilicet respiciendum ad personam spurii: an integris moribus prædita sit atque honesta, annon? præsertim si de feudo agitur, quod dignitatem aliquam conjunctam habet. Et autem Legitimatio per Rescriptum, vel & à Comite Palatino facta, facile omnem tollet litem, tali in casu fortè supervenientem. Imò Princeps inhabili feudum scienter prudenter concedendo, eo ipso eum habilitat. Interim quæstio de primâ acquisitione semper secernenda est à quæstione de *successione.*

Pos. XXIX.

Nulli dubitamus, quin & Universitas feudum acquirere possit. Ad minimum in Jure Feud. Communi nullibi prohibitum, ne personæ morales seu Mysticæ, integra quoque Civitas ac Respublica, imò ne Ecclesiæ, Clericorum Collegia, aliæque similia corpora, (licet *Manus mortuæ* dicantur, multisque aliis in locis tum extra Germaniam, veluti in Galliâ, Belgio ac apud Venetos, tum & intra illam, e. g. in Saxonîâ Electorali, Auftriâ item, Silesia, Bavariâ &c. absque Domini superioris permisso, impetratæque ejus gratiâ, res immo.

immobiles acquirere vetentur,) feuda accipiant. *vid. MAURIT. dist. Decad. IV. pos. 10. conf. omnino HANACCCUS in Access. ad HORNII Jus Feud. Cap. V. §. 33. p. 27.* Quò minus itaque Communitates vel Universitates inde exclusæ censendæ. Jam verò, ubi hæc sunt inveſtiendæ, atque juramentum fidelitatis præstandum, cum non quidem prorsus impossibile, sed saltem incommodum sit, nec conveniat, singulos cives ad Curiam Domini venire & jurare, necessariò constitui debet Syndicus, qui nomine Universitatis s. Corporis omnia hæc expediat, atque deinceps etiam servitia præstet: quive plerumque Consul vel alius primi ordinis ex Magistratu esse solet, vocaturque deinceps *der Lehen- & Erdrger. BESOLD. in Thes. pract. dist. voc. Latinè Pro-vasallus, quasi-vel & Vicarius vasallus, itemque Gestor, Curator atque procurator feudi.* Quò faciunt peculiar. *Disp. MYLIJ atque LINCKII; Quamvis pro simplici procuratore non sit habendus. Laud. BESOLD. vol. 2. consil. 39. num. 16.* Quemadmodum quoque ad ejus constitutionem speciale idemque diversum mandatum requiritur, cujus formulam præbuit NORICUS *in addit. ad FINCKELTHAUS. disp. Feud. 7. thes. 21. p. 292. add. VOLCKMANN. Emendatus p. 1. cap. 31. n. 3.* Isque cum deinceps juramentum fidelitatis præstat, de ipsa communiore in suam saltem animam, non etiam in animam omnium illorum, qui sunt de universitate, jurat, tamen si consultius simul & magis convenienter ageretur, si utriusque ratio tum haberetur, ac disertè quoque in utramque præstatio conciperetur. *Vid. HORN. in Jurisp. Feud. cap. XIII. §. 12.* Sed &, licet ejusmodi Syndicus in animam tantum principalium, eorumque, qui de Universitate sunt, juraverit, ipso tamen mortuo renovatio investituræ, cumque illà etiam repetitio juramenti semper fieri debet, quoniam aliàs nunquam renovaretur ex parte ejusmodi communitatis, quippe quæ nunquam moritur. SCHILTER *in nor. ad STRUV. Jus Feud. cap. 8. thes. 7. n. 5.* Cujus rei notabile exemplum præbet Libera S. R. Imp. Civitas Ratisbonensis, quæ, dum partem quandam jurisdictionis Criminalis abs *Sereniss. Domò Electorali Bavaricà* in feudum tenet, ita constituto, semper peculiari ejusmodi Provasallo, primi ordinis Senatore, investitur, hocque mortuò per substitutum alium renovationem petere tenetur.

Pos. XX.

Pos. XXX.

Quemadmodum contractus aliàs plerique omnes suis constant partibus *essentialibus*, *naturalibus* & *accidentalibus*. Ita quoque, cum maximè, quod super feudo constituendo est negotium, quodque certò respectu & ipsum contractus dici potest, vid. CARPZOV. *Lib. VI. t. 8. Resp. 26. n. 12.* tot iisdemque circumscribitur affectionibus. Et prima quidem, *ESSENTIALIA* scil. vel si mavis, *substantialia* (uti nonnullos ex ipsis *Juris Feud*, Interpretibus nimis subtiliter, & tantum non per multum quendam hirci metaphysici, distinguere videmus) feudi quod attinet, ea sunt, quæ ad hujus constitutionem (de hac namque propriè sermo est, non de consummatione) præcisè requiruntur, & à communi Gentium, quæ feuda recepere, consensu dependent, neque pactò mutari possunt unquam. BEYER. *Delin. Jur. Feud. cap. 1. pos. 12.* Eoque jam rectè referuntur sola duo illa, *Dominium* scil. *utile ac fidelitas feudaliis*, eademque tamen non unilateralis atque Vasallitica saltem, sed & dominica, adeoque mutua ac reciproca, quam & ideo Vasallo eodem jure, licet diverso fine, abs Domino exigere licet, in tantum, ut is fidem suam fallens, Vasallumque vel ipsemet in feudo ac juribus turbans, vel ab alio turbatum non defendens, verè quoque felonix reum sese reddere queat, juxta tritum istud vetus: *Getreuer Herr, getreuer Knecht*: Idque tamen si fides ista nec expressè sit promissa, nec regulariter juramento reciproco firmanda veniat. HILDEBRAND. in *Colleg. Feud. ad STRYCK. E. J. F. disp. 9. rb. 2.* ubi rectè hoc quoque ad Feuda Imperii Regalia Majora applicat. Et quamvis utique legamus, Domino posthabitam violatamque rarissimè vindicatam legamus, juxta vetus aliud proverbium Gallicanum: *Un Seigneur de benne mange un Vasal d'acier*; relatum abs HOTTOMANNO *ad text. 2. F. 33.* tamen non prorsus deficiunt exempla satis illustria processuum de super motorum; Cumquè jus ipsum non ea propter minus semper maneat idem, nil obstabit, quò minus mox hic, mox illic, casus sese præbere possint. Ubi jam non sine peculiàri voluptate allegare licet *Dilectiss. multaque pietate colendi DN. PARENTIS Diss. Inaugural. de Felonia Domini directi*, ante hos XXXII. annos ex ipsà hac Cathedrâ solenniter propugnata; Cui tamen jungi modò merentur, quæ postea in

in eadem materiâ prodire *differant*. alia B. THOMASII, HARTUNGII, HILDEBRANDI, aliorum; & inprimis GUNDLINGIAN. p. XLII. Num. 1. itemque EXCELL. DN, PRÆSES in *Disp. de Mutat. prior. investitur. feudal.* §. 4. Et verò cum sic Dominium atque fidelitatis præstationem partes feudi cujusvis essentielles statuimus, insimul quoque ita inseparabiles illas semper supponimus, ut deficiente unâ, aut mutatâ alterutra, vel prorsus nihil fiat, vel totum negotium in longè aliud degeneret, ac quæ intendebatur, feudi constitutio, in contractum quendam innominatum transferretur, quicquid de eo, si e. g. pacto conventum, ut dominium plenum sub lege fidelitatis concedatur, disputet FINCKELTHAUS, *Disp. 1. Controv. Feud. 4.* atque licet feuda proprietatis, in Galliâ præsertim, satis sint cognita. Porro quæ ab hisce Essentialibus differunt, Naturalia feudorum, à nonnullis Naturalia externa atque separabilia dicta, sunt qualitates, ab unâ alterave gente introductæ, quæ feudi essentiam semel constitutam sequuntur, feudoque regulariter insunt, ita ut si exprimantur, siue omittantur, subintelligantur semper tacite, idemque comitentur, interim tamen per pacta mutari possunt. Enumerantur istæ ab omnibus ferè Feudistis; videri tamen præ cæteris meretur BEYER *cit. loc. cap. 1. §. 21. fgg.* ubi XVIII. numero recenset, ad quem etiam B. L. remittimus. Sic ad naturalia hæc refertur, quod transmitatur feudum ad masculos tantum I. F. 1. §. 3. I. F. 8. II. F. 11. & tamen per pactum investituræ adjectum effici posse, ut etiam foeminae succedant, patet ex dict. I. F. 1. §. 3. verb. *nisi hoc nominatim dictum sit.* Cujusmodi pacti quoque mentionem facit & exemplum affert CHRISTINÆUS *Vol. I. decif. 394. num. 4.* Sic pariter inter naturalia feudi connumeratur, quod idem transmitatur ad eos solum, qui à primo acquirente sanguinem trahunt, ut itaque in feudo novo non admittantur fratres & reliqui agnati. I. F. 1. §. 2. I. F. 20. Haud tamen eò minus per pactum investituræ adjectum bene prospici posse & fratribus & reliquis agnatis, etiam quoad ipsum istud feudum novum, docent præter textum modò allegatos quoque ille II. F. 12. atque præjudicium ap. CARPZOV. p. II. *const. 45. def. 11.* plura hujus rei exempla allegare, minus, ut quæ verò monere magis necessarium arbitramur, in ipsa hac doctrina de Naturalibus feudi Germanis nobis non adeo sollicitè semper ad placita Juris Feud. Longobardici respiciendum, sed ante omnia potius ad id, quod in Germania per diversas provinciarum consuetudines obtinet, attendendum esse; Sic namque, quando communiter docetur, feudum istud, quod naturalia sua ubique salva retinet, & in quo nullibi à communibus Juris Feudalis regulis receditur, proprium esse. *Vid. STRYCK. in Exam. Jur. Feud. cap. 3. qu. 3.* istoque etiam nomine feudum foemini- num, ratione pacti vel successione tale, pro admodum improprio habetur; intuitu tamen Juris v. g. Belgici, Burgundici, Austriaci, Clivici, Colonienfis, Fuldenfis &c. istud quam maximè censendum proprium, quia omnia hæc Jura promiscuam successione admittunt. *conf. omnino SCHILTER Inst. Jur. Feud. cap. 9. §. 2. & SPENER. Obj. Hist. Feud. 11. §. 7. p. 113. fgg.* Quenammodum quoque ad ipsam istam definitionem feudorum propriorum rectè notat TITIUS in *Jur. Feud. Germ. c. 5. §. 5* quod non nisi raro ejusmodi feuda inveniantur, in quibus omnia prorsus naturalia vel ad sint, vel deficiant, sed quod maxima pars eorum ita comparata sit, ut ex naturalibus quædam habeant, quædam non. Qui & idè mavult eadem dividere in propria ac impropria *merè talia, & mixta*, i. e. partim propria, partim impropria. Jam enim, juxta commune axioma aliud, feudum quodvis, quod est improprium in uno alterove, manet tamen proprium in reliquis. COCCEI. *Disp. de probat. Feudal.*

feudal. c. 5. § 14. Et improprietas quævis regulariter intelligenda saltem quoad illa Naturalia, quæ per accidentalia seu pacta adjecta, mutata sunt; cum quoad reliqua non mutata feudum maneat proprium. Ita e.g. fœmininum feudum saltem improprium est quoad successiõnem fœmininam, & præstationem servitiõrum per vicarium; Ita feudum Francum quoad immunitatem servitiõrum, Feudum alienabile, quoad libertatem alienandi. &c. *conf. BECK disp. de Feud. Transmission. fœminin. §. 14.* ACCIDENTALIA denique sunt qualitates consensu Domini & Vasalli adjectæ, quibus natura feudi vel minuitur, vel & augetur. *BEYER. d.l. post. 14.* Jam enim & per pacta ejusmodi augmentia feudum impropriari, certissimum est, *IDEM post. 55. sq.* nec non *THOMAS. de Feud. oblat. cap. 1. §. 39. & 40.* Interim pacta hæc totuplura esse possunt, quot contrahentibus placuerint, modo illiciti nihil ac inhonesti contineant; Et eorum verò quoque exempla proferre superfluum judicamus, verbo tantum hoc observantes, eadem nunquam præsumi, sed probanda esse ab allegante; eum ex adverso naturalia, quæ dicuntur, & essentialia, semper adesse præsumantur, & contrarium affirmanti, probatio dictorum incumbat

Ex Jurisprudencia Principum Ordinumque Imperii privatâ. Pos. XXXI.

Tutores Illustres cum primis Principes, quorum promissio bey wahren Fürstlichen Worten und Ehren alias quoque ad instar Juramenti valet, regulariter neque ad inventarii confectionem, neque ad rationum redditiõnem adstringuntur; Nam in Camerâ, & Archivis publicis inventaria jam publica autoritate confecta designataque plerumque habentur. 2.) Reditus pupilli illustris à fisci & ærarii administratoribus privatis colliguntur & erogantur, qui hæc ratione rationum reddendarum oneri obnoxios se reddunt. 3.) plerumque non solus Agnatus Tutor, sed & Ordines provinciales, ubi dantur, ac Consiliarii concurrunt; qui junctim constituunt die Admirationis oder Vormundschafft's Regierung. Cui quoque in Ducatu nostro Wirtembergico per Leges ejus atque pacta publica cautum. 4.) ratio, quantum ad Tutore Agnatos attinet, hæc est, quod asserta ista à rationum redditiõne immunitas tutelæ fructuaria olim in Germania usitata quam maximè congruat, imò 5.) hodiernis moribus quoque Illustres agnati tutores rerum pupillarum usufructu gaudeant. 6.) rarissimè rationes ejusmodi peritas vel redditas fuisse constat, 7.) Iidem Agnati tutelam gerunt plenâ potestate, & 8.) suo jure, quod ipsis ab antiquissimis temporibus eatenus quaesitum est. Et in genere observandum, Principes quandoque leges positivas, humanas, civiles, Romanas præcipuè eatenus probare, eisque semper subjicere, quatenus eadem proficua videntur; Specimina habet Titius in *Specim. J. Publ. L. IV. c. 9. §. 6. & 7.* Interim *conf. de ipso hoc argumento post COCCEL in disp. de Tutel. Illustr. PUEL de Tutel. Elector. & Princip. c. 10. n. 69. RINGLER. de Tutel. Illustrum, c. ult. p. 237, LUDEWIG in Differ. Juris Rom. & Germ. in Tutel. Illustrum, c. ult.* Haud tamen eò minus cautius egerit Tutor ejusmodi illustris, sicubi ab ipso pupillo, tutelâ curavæ finitâ, remissionem expressam legitime obtinuerit. Quemadmodum quoque haud dubitandum, quin Tutores nimis prodigi ad rationes reddendas tandem cogi possint, istoque nomine coram supremis Imp. Tribunalibus conveniri. Sed & Exemplum pacti de rationibus reddendis à Wolfgango & Ruperto Comitibus Palatinis a. 1543. invicem citati adducit *SCHILTER. Disp. J. Publ. L. I. t. 12. §. 6.*

Pos.

Patriam potestatem, cum Juri Naturæ originem debeat *vid. EXCELL. DN. PROF. RENZIUS in Diss. nuperimè habita, cui titulus: Mixtura Juris Romani & Germanici in Materia Patria potestatis, Thef. 1. & 2. inter personas Illustres quoque obtinere, nemo facillè negaverit. Quamvis eadem cum omnibus ac singulis effectibus Juris Civilis Patri illustri quoque minus rectè tribuatur; Sed nos hic illos, nisi sibi utiles, facillè admiserit. Et enim Leges Civiles Romanæ regulariter in quantum in Germania receptæ, privatos tantum obligant, neque causis ac negotiis Principum aliorumque immediatorum Imperii Statuum commode semper applicari possunt, *vid. omninò SCHUBERTHUS in pecul. program. de Patr. Princip. Imper. potest. Lips. 1719. in lucem edit. add. GRIBNER de prejud. Princ. Imp. ex abus. Jur. Just. C. II. §. 5. not. f. EXCELL. DN. PRÆSES in supra cit. Diss. 1. de Jurisprud. Principum Imperii privat. §§. ult. Jam igitur cum insignis inter alios & is sit patriæ potestatis effectus, quod filius in eadem constitutus mutuum contrahere nequeat, Jcti quaerunt: Num hac eadem Juris Romani dispositio etiam ad Principum Comitumve Imperii Filios applicari possit, iisdemque adeò Exceptio Sæi Macedoniani contra creditores suos, æque ac filiosam. privatis profuit? Et affirmant multi, ex hisce potissimum rationibus, 1.) quod patria potestas non minas inter Principes quoque viget, RHET. J. J. P. L. l. 1. 20. §. 1. 2.) non eandem solum illius dispositionem, sed planè gravioiorem in Filiis Illustribus adesse rationem contendunt, cum his fœneratores magis insidientur, exindeque longè majora pericula in Rempublicam redundare queant, SCHILTER ad n. Exerc. XXVII. §. 77. 3.) Quod Principes in contractibus & pactis Jure privatorum utantur, per tradita STRYCKII in Us. Mod. tit. de Sæo Maced. §. 5. 4.) Quod in Summis Imperii Tribunalibus lites Personarum Illustrium potissimum ex Jure Civili dirimantur, decidanturque. Sed & 5.) jam in VETUSTIS LEGIBUS CAROLINGICIS L. VII. c. 304 sequentia legantur: "Qui filiosam. contra interdicta Legum in seipso patre pecuniam commodavit, eam nec vivente, nec mortuo patre ab eodem poterit postulare. Verum hisce non obstantibus, negativa verior esse videretur, tum quod Sæum istud Macedonianum inventum sit Juris Civilis, ad cujus normam immediati Imperii Status, vel eorum liberi actiones suas minimè semper componere tenentur, tum quod talismodi Creditorum elusio, promissorumque deder. Sursil. oder Gräv. Parolen revocatio ac violatio dignitati ipsorum illustriori, atque existimationi, quæ gaudent, eminentiori admodum officiat; tum quod Juventuti ejusmodi Illustri plerumque Ephori vel alii Ministri adjungantur, quibus fraudes & pericula quæcunque imminencia pro prudentiâ & dexteritate suâ avertere quàm maximè incumbit; tum denique quod Patres eorum multâ aliâ ratione sibi consulere possint, & quæ alia regi possunt; conf. interim DN. GODOFR. LUDOV. MENCCKEN *diss. de Us. Forensis Sæi Macedon. in German. §. 46. & 47. itemque DN. LUDWIG. in Differ. Inr. Rom. & Germ. in Musno, diss. 9.***

Ex Jure Germanico.

Dari Jurisprudentiam Germanicam, & hincetiam Jus Germanicum peculiare, ex magno diversarum provincialium ditionumque in unam alteramve consuetudinem consensu evincitur, nec non ex eo apparet, quod plures admodum materiæ Juridicæ non alio ex fonte, quàm Germanorum moribus & legibus illustrari queant, *vid. DN. HOFER*

HOFFMANN in *pres.* BEYERI *Delineationi Juris Germ. premissa*, Jamque etiam theoriam hujus Juris ex Principum & Ordinum Edictis, Decretis, Rescriptis, Privilegiis, & variis variarum Regionum & Urbium Statutis & Consuetudinibus addidit posse, haud male judicari ICTUS SUMMUS CORNEL. VAN BYNCKERSHOECK in *Dedicat. Opuscul. varii argumenti.*

Pos. XXXIV.

Excoriatorum atque Carnificum nepotes ab opificiis jure excluduntur, nisi filii aliud honestum vitae genus elegerint, in qua illo ad minimum per 30. annos substituerint, v. das Neueste Handwerks Edict de dato 22. Jun. 1731. §. 4. *ibi*: Dann bloß die Schinder allein bis auff deren 2te Generation, in soferne allenfalls die erstere keine andere ehrliche Lebens Art erwählet, und darinnen mit den übrigen wenigstens 130. Jahr lang *continuirt* hätten, ausgenommen, verstanden, und bey denen Handwerckern ohne Weigerung zugelassen werden. Secus dicendum de licitorum filiis, multoque adeo magis de eorum nepotibus, sive isti sint liciores municipioium, Stadt, Knechte, sive ministri praefectarum, Amts-Frohnen, Amts, Land, Knechte sive denique Judicii Paganici & Nobilium, Gerichts-Frohnen, Büttel, Schützen, sive liciores Civitatum Imperialium, Kath's Dienet. v. *alleg.* Edict. d. §. 4. Et de Excoriatoribus quidem ea, quae diximus, omni dubio carent, quippe qui nequidem habitare de facili in Urbe permittuntur, nedum honestorum se immiscere conversationi; unde quoque contractus cum Carnifice vel Excoriatore non, nisi juxta observantiam & decretum Collegii, cujus consors est opifex contrahens, iniri debet, quo de US in *Annot.* ad ADRIANI BEJERI tr. *de Collegiis Opificum*, quem noviter edidit DN. JOH. GUIL. GOEBEL. C. P. §. 4. *ibique not. lit. c.* Equidem cum maxima quandoque exoriantur talibus super causis opificiaris turbae, quales inprimis etiam anno hujus Seculi vicesimo sexto adjutores futuri, die Schuh-Knechte, Augustae Vindelicorum, tantopere dederunt, ut vel Edicto Comiciali ad magistrum suos revertere cogendi fuerint, varia quoque hinc inde super opificum abusus in publicum prodire conclusa tam Comicialia, quam provincialia. v. REE. POL. de a. 1548. t. 37. §. 2. *et de a. 1577. t. 38.* FABRI Staats-Consley P. I. p. 117. 199. p. 131. 199. P. II. p. 631. *et p. 637.* B. DN. D. BÜRGERMEISTER in *Corp. Juris publ. et priv.* P. II. p. 197. *ff. Herzog Georg Wilhelms Landes-Ordnung* *et den 4ten August. 1692. art. 22.* in *Volumine Constitutionum Cellensium de a. 1700. p. 226.* Sed nec in eo quoque deficit Latio wuerttembergica. Vid. *W. Landes-Ordnung. t. 55. §. 13.* itemque *Bau-Ordnung. p. 80. 199.* quorum omnino conferri meretur elegans libellus Academicus EXCELL. DN. D. CHRIST. HENR. HILLERI, *Affinis et Praeceptoris mei colendissimi.*

Sed hic filium abrumpendum.

TANTUM!



Tübingen, Diss., 1732-35


ULB Halle 3
004 784 987



f

TA → OL Nr 1 + 18 Stück verknüpft





POSITIONES INAUGURALES JURIDICÆ,

1735.3.
1715

Quas
Sub Auspicio Divino,
EX DECRETO ET AUTHORITY
Amplissimi Jctorum Ordinis
P R Æ S I D E

17

VIRO PRÆNOBILISSIMO, CONSULTISSIMO atq; EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNES JACOBO

SEEFENICH/

J. U. D. ac Professore Publ. Ordinario longe Celeberrimo, Serenissimi Wurtembergiæ Ducis Consiliario, &c.

Patrono ac Præceptore suo omni honoris atque obsequii cultu suspiciendo,

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores & Privilegia Doctoralia ritè capeffendi

SOLENNI ERUDITORUM CENSURÆ

IN

ALMA EBERHARDINA

submittit

Auctor & Respondens

JACOBUS SAMUEL SEEFENICH/

Tubingensis.

Ad Diem Maji, MDCCXXXV.

H. L. Q. C.

TUBINGÆ, Litteris Sigmundianis.